



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1657

§. 27. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur
in regno Dei. v. 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

peravit in qua regnat gloriosus per infinita secula seculorum Amen.

§. 27. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec
impleatur in regno Dei. v. 16.

Norandum hic diligenter quod dicit Dominus, quia ex hoc non manducabo illud, quidem est *illud*; & quid est quod noratur particula *ex hoc*? scio quod quidam ita accipiunt ista, ut *ex hoc* indicet vas aliquod, ex quo edebatur, & *illud* indicet substantiam Agni paschalis ex vase ededi. ac si Dominus diceret: iam non amplius edam agnum Typicum, & figurantem ex paropside uti feci hactenus, donec agnus paschalis ille figurans sit impletus exhibitione agni Dei, in regno Dei, seu Ecclesia Christi comedendi. Scio inquam ita posse exponi. Sed qui ita volet exponi, laborabit, multum ut ex Evangelico textu Agnum Mosaicum in hac ultima cæna, in mensa demonstrabilem appositum fuisse, demonstrat. Alii ergo exponunt ita ut *ex hoc*, non locum demonstrat: sed tempus, quasi diceret Magister, Ex hoc tempore fiat Epochæ, seu initium computandi, illud quod dico, nimirum non manducaturum me amplius Pascha Iudaicum, quod vos in phantasia habetis, audito sermone meo de desiderio paschatis huius manducandi, illud enim non amplius manducabo vobiscum, occidendus antequam illud sit manducandum, veruntamen manducabo illud pascha quod vos apprehenditis, si intelligatur verum & Mosaico agno figuratum, quod in regno Dei, iam iam inchoando, manducabitur in secula. Hæc expositio mihi conveniens videtur, quia representat quid fuerit in rudi tunc temporis Apostolorum intellectu, qui nesciebant aliud pascha, quam Mosaicum carnale.

RAbbi, tu es Rex Israel, tu enim verè regnas in hominum mentibus, quas & penetras & sanas verbo tuo: Ecce enim Apostoli carnales erant, apprehendebant te magnopere hoc pascha desiderasse, quod ipsi nouerant, Tu autem potenter ingrederis mentem eorum stupidam, cognoscis cogitationes eorum erroneas, verbum applicas, & sanas, & ad spirituale pascha eos incipis manuducere, quod in Ecclesia sua Catholica indies celebratur, Domine Deus meus, præveni seruum tuum in benedictionibus dulcedinis tuæ, ut ad tuum magnificentum Sacramentum digne ac deuote merear accedere, Excita cor meum in te & à graui torpore exue me, visita me in salutaris tuo ad gustandum in spiritu tuum pascha quod in sacramento tanquam in mysterio fidei latet. Illumina quoque oculos meos ad intuendum tantum mysterium & ad credendum illud indubitata fide me roborata. Est enim operatio tua, non humana potentia: tua sacra institutio non hominis adinuentio: nec ad hæc capienda & intelligenda quis idoneus per se reperitur, quæ
Aug.